Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0001-5

Wd. 78.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0002-1

14./
13

OBSERVATIONES IVRIS SAXONICI

DE

# IVRE COQVENDI ET VENDENDI CEREVISIAM

QVAS

*PRAESIDE*

FRIDERICO AVGVSTO FISCHERO D.

INSTIT. PROF. PVBL. ORD. SCABINAT. ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE

D. XI. KALEND. DECEMBR. CIƆ IƆ CC LXV.

*IN AVDITORIO MAIORI*

AD DISPVTANDVM PVBLICE PROPONET

AVCTOR RESPONDENS

IOANNES CHRISTIANVS STOLLIVS

SCHMIDEBERG. SAXO.

WITTEBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0004-2

INCLITAE CIVITATIS SCHMIDEBERGENSIS

SENATVI SPLENDIDISSIMO

VIRIS CLARISSIMIS PRAENOBILISSIMIS

EXPERIENTISSIMIS

AMPLISSIMIS CONSVLTISSIMIS

PRVDENTISSIMIS

CONSVLIBVS

PRAETORIBVS

QVAESTORIBVS SECRETARIIS

ET RELIQVIS

SENATORIBVS

GRAVISSIMIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0005-8

# PATRONIS
ATQVE
# FAVTORIBVS
SVIS SVMMOPERE VENERANDIS
HOCCE
STVDIORVM IVRIDICORVM
*QVALECVNQVE SPECIMEN SVVM*

D. D. D.

IOANNES CHRISTIANVS STOLLIVS
SCMIDEBERGENSIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0006-4

*Multae quidem cauſſae fuerunt,* PATRES CONSCRIPTI, *quibus permotus libellum meum* VOBIS *conſecrandum cenſui, ſed ne vulgari clientum more laudum* VESTRARVM *praeco et quaſi buccinator videar, vnicam, eamque praecipuam conſilii initi rationem commemoro, pietatem. Plurima nempe fauoris* VESTRI *inſignis documenta in me fratremque meum iam defunctum, ſunt edita, quibus recentiſſime hoc acceſſit, quod nonnulli* VESTRAE *Societatis ſpectatiſſimae aſſeſſores, Schmidebergenſium res cereuiſiarias, quibus diſſertationem meam ornare cupiebam, mihi lubentiſſime ſuppeditauerint. Hinc, vt gratae, qua* VOS *veneror, mentis officia implerem, ſtudiorum meorum rationem redditurus, exhibeo* VOBIS *laborem academicum, cuius maiorem partem exarare nunquam potuiſſem, niſi* VESTRA *beneuolentia meam inſtruxiſſet ſollertiam. Quod ſupereſt, Deum, ſapientiſſimum rerum humanarum arbitrum, pro ſalute* VESTRA *ardentiſſimis et*

*reli-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0007-9

*religioſiſſimis imploro precibus: Largiatur* VOBIS *tanquam fons omnium bonorum, vitam diuturnam, proſperitatem non interituram, et felicitatem omnibus abſolutam numeris, quo ſapientiſſimis conſiliis* VESTRIS *ciuitatem patriam conſeruare, ſplendorem illius antiquum, belli calamitatibus ſpiſſis obductum tenebris paeneque deletum, inſtaurare, et omnibus, quorum lites ad* VOS *deferuntur, iudicium iuſtum praebere queatis. Valete, et mihi fauete. Scrib. Wittebergae d. XI. Kal. Decembr. cIↃ IↃcc LXV.*

CON-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0008-5

## *CONSPECTVS DISSERTATIONIS.*

*§. I. Inſtituti ratio.*

*§. II. Etymologia vocis cereuiſiae.*

*§. III. Eius Synonymia.*

*§. IV. Deſcriptio iuris cereuiſiarii.*

*§. V. Fontes huius iuris ſpeciales.*

*§. VI. Fontes generales.*

*§. VII. Ius cereuiſiarium plerumque eſt reale.*

*§. VIII. De forma iuris cereuiſiarii.*

*§. IX. X. et XI. Quibus ius cereuiſiam coquendi competat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0009-4

§. XII. De modo
§. XIII. De tempore
§. XIV. De ordine
§. XV. De loco
} cereuiſiae coquendae.

§. XVI. De oneribus coctioni cereuiſiae inhaerentibus.

§. XVII. Circa venditionem cereuiſiae ciuitatibus competit ius illimitatum, nimirum prohibendi.

§. XVIII. Nec non limitatum, ſcilicet cogendi.

§. XIX. De venditione cereuiſiae, pretio, modo, tempore, loco et oneribus.

§. XX. De modis, quibus ius cereuiſiarium perimitur.

§. XXI. Quomodo ius cereuiſiarium defendi poſſit.

Q. D. B V.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0010-5

*Q. D. B. V.*

DE

# IVRE COQVENDI ET VENDENDI CEREVISIAM.

## §. I.

Iuris, quod in Saxonia Electorali viget, cereuiſiarii, accuratam ſcientiam Iureconſulto noſtris in regionibus inprimis vtilem et neceſſariam eſſe, nemo facile negabit. Non ſolum enim in multis Saxoniae oppidis ius coquendi et vendendi cereuiſiam commerciorum partem haud contemnendam efficit, ſed etiam nobilium praedia cereuiſiam coquere palam eſt.



Quare

Quare ciuitates iniuriam ſibi hic fieri iam pridem aegre tulerunt, et ſaepiſſime idcirco apud Principem conqueſti ſunt, *a*) quin in nouiſſimis comitiis, anno 1763. Dresdae habitis, propoſitiones haud paucas huc ſpectantes exhibuerunt. Hinc etiam de facultate cereuiſiam coquendi et vendendi, de officinis et tabernis cereuiſiariis, de iure cogendi cereuiſiario, aliisque huc ſpectantibus rebus, inter nobiles, ciuitates et paganos plures exſtant lites, in quibus neque cauſſarum patroni actoris partes et rei defenſionem ſuſcipere, neque iudices iuſtam ſententiam ferre poterunt, niſi perfectam conſecuti ſint harum rerum notitiam. Quae cum ita ſint, quid in Saxonia de iure cereuiſiario obtineat, ex ipſis legibus Saxonicis breuiter explicare non abs re putaui, ea ſimul paſſim allaturus, quae in vrbe patria huc ſpectantia introducta ſunt.

## §. II.

Vnde vox cereuiſiae deſcendat, teſte *Theodoſio Schoepffero*, *b*) varia eſt eruditorum opinio, aliis hanc, aliis illam defendenti-

*a*) Teſtantur hoc verba in der Landes-Ordnung vom Jahr 1482. C. A. Vol. I. pag. 1. in der Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1609. Titulo: von Juſtitien-Sachen §. 26. C. A Vol. I. pag. 182. it. in der Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1661. eod. tit. §. 118. C. A Vol. I. p g. 252. nec non in mandato d. d. den 9. Iul. 1653. C. A. Vol. I. pag. 293. ſeqq.

*b*) In tractatu de iure braxandi P. I. c. 1. n. 17. ſeqq. cuius germanica translatio, ab Auctore quodam anonymo confecta, Norimbergae anno 1732. prodiit hac inſcriptione: *Theodoſii* Schöpfers Tractat vom Bier-

dentibus etymologiam. Quanquam autem tota lis de tribus quaſi agatur capellis, tamen, ſi quis meam ſententiam audire cupiat, ab illorum partibus facillime ſtabo, qui originem vocis cereuiſiae latinam eſſe cenſentes, illam a vocabulis Ceres et vis, ſeu vinum, deducunt. Qua ratione omnes fere litterae retinentur, et ſignificatus deriuationi egregie reſpondet. Nam ſi vocem vis adhibeas, cereuiſia ſic dicitur, quia in illa vires, ſeu virtutes Cereris, i. e. frumenti reperiuntur, ſin vinum deriuationis fundamentum eſſe aſſumas, cereuiſia erit quaſi vinum c) ex frumento praeparatum. Denotat nempe cereuiſia potum quendam, qui ex frumentis varii generis, d) in polentam, lento igne torrefactam, atque per molendinum in farinam craſſiorem redactam, accurate praeparatis, ita co-

 quitur,

Brau Recht. conf. quoque *Chriſtianus Ludouicus Scheidius*, in Tractatione de iure coquendi et vendendi cereviſiam §. I.

c) Quanquam enim *Vlpianus* l. 9. π. de tritico, vino vel oleo legato cereuiſiam vini numero habere nolit, quia vinum eſt, quod ex vinea paratur, indeque recte concludat, illum, cui vinum eſt legatum, ex hoc legato cereviſiam conſequi non poſſe, tamen priſcos Germanos hoc potu vini loco vſos fuiſſe, haud obſcure indicat *Tacitus de ſitu, moribus et populis Germaniae cap. 23: Potus humor ex hordeo aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus;* praeſertim cum Sueui, (quos idem *Tacitus* l. c. c. 38. maiorem Germaniae partem obtinuiſſe contendit) vinum terris ſuis importari prohibuerint teſte *Caeſare de bello Gallico Lib. IV. c. 2.*

d) Interdum enim adhibetur hordeum ſolum, interdum triticum ſolum, interdum vtrumque, ſed non pari menſura. Inde proueniunt cereuiſia hordeacea; triticea, tenuis, craſſa, alba, nigra, et quae ſunt reliqua cereuiſiarum genera. In vrbe patria plerumque hordeaceam et nigram, rariſſime triticeam et albam, conficere ſolent.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0013-2

quitur, vt aqua in ſingulas partes diffuſa, e) omnem frumentorum vim, in ſeſe recipiat. Exinde in foro proueniunt formulae: cereuiſiam coquere, et, quae paullo durior eſt, f) braxare.

## §. III.

Verba, quae cereuiſiae aequipolleant, a *Io Ott. Tabore* g) plura recenſentur, quorum potiora *Plinio* h) ſunt Zythum et Coelia. Zythum quidem plurimi Lexicorum congeſtores per vocem Bier interpretantur, ac ex loco *Plinii* illud certum eſt, hunc Aegyptiorum potum aeque ac cereuiſiam ex frumentis

e) Modum, quo haec omnia fiunt, plenius declarat *Io. Otto Tabor in Commentatione de iure cereuiſiario*, P. I. c. 1. §. 9. Non ſolum diuerſis vicibus ſeorſim edita eſt, ſed exſtat quoque tum in Taboris Opp. Vol. I. Tr. X. tum *in Schoepfferi tractatu de iure braxandi* editionis de anno 1714. pag. 233. ſeqq. Praeterea etiam ab Auctore quodam Anonymo in germanicam linguam ao. 1723. translata eſt. Pro diuerſitate tamen locorum cereuiſia diuerſa ratione praeparatur atque efficitur. Hinc alia bonae notae, alia ſequioris eſſe cenſetur, prouti Scriptores Geographici in ſingulis regionum Germanicarum locis deſcribendis annotare ſolent.

f) Ipſe *Schoepfferus* vocem braxandi barbaram, latinae linguae ſcriptoribus inuſitatam, iurique ciuili incognitam profitetur, a praxi tamen et Iureconſultis, qui eadem communiter vtantur, non eſſe recedendum exiſtimat, quin alia aeque barbara ex *Meibomio* affert Synonyma braſire, bratiare et braſiare, *in Tr. de iure braxandi* P. 1. c. 1. n. 6.

g) l. c. P. I. c. 1. §. 3.

h) In H. N. L. XXII. c. 25. circa finem, vbi: *ex iisdem* (frugibus) inquit, *fiunt et potus, Zythum in Aegypto, coelia et ceria in Hiſpania, cereuiſia et plura genera in Gallia.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0014-8

tis praeparatum fuiſſe, *Vlpianus* i) tamen Zythum a cereuiſia diſtinguit. Coeliam vero, quam *Florus* k) vocat indigenam ex frumento potionem, haud incongrue a *M. Z. Boxhornio* l) de cereuiſia exponi ipſe declarat *Plinius.* m) Germanice dicitur Bier, n) quam vocem ſatis amplam eſſe, ac de quouis cereuiſiae genere in legibus Saxonicis adhiberi, conſtat, etſi cereuiſia alba et triticea in ſpecie dicatur Weiß=Bier et Breyhahn.

## §. IV.

Caeterum, quanquam pro diuerſa iuris ſignificatione ius cereuiſiarium diuerſimode accipi poſſit, ſaepiſſime tamen vox iuris pro ipſa lege, ſeu pro complexu legum ſumitur, quo ſenſu ius cereuiſiarium denotat leges de re cereuiſiaria latas. Sin vero illam de effectu legis grato, qui obligationi opponitur, de facultate morali aliquid agendi vel habendi, ſeu de poteſtate in rem aliquam legibus conceſſa, germ. Befugniß, Gerechtſame, Gerechtigkeit, explicare velis, ius cereuiſiarium erit venia, qua ex permiſſione legum cereuiſiam, vel coquere, vel

 ven-

*i)* L. 9. π. de tritico vino vel oleo legato.

*k)* L. II. c. 18.

*l)* In epiſt. p. m. 292. ſeqq.

*m)* l. c. L XXII. c. 25. collato L. XV. c. 22. vbi: *Eſt et occidentis populis*, inquit, *ſua ebrietas, fruge madida: pluribus modis per Gallias Hiſpaniasque, nominibus aliis, ſed ratione eadem.*

*n)* Deducere hoc vocabulum nonnulli cupiunt ex Hebraeorum בַּר frumentum, alii originem quaerunt in voce graeca βρύτος ſ. βρύτον, plures deriuationes vid. apud *Scheidium* l. c. not. b.

vendere licet, germ. das Brau-Recht, die Brau-Gerechtigkeit, et ſi de venditione cereuiſiae in ſpecie ſermo eſt, der Bier-Schanck. Quae poſterior ſignificatio in hac inprimis diſſertatione locum inueniet, quae de iure cereuiſiario agit tanquam de facultate legibus conceſſa, ex re cereuiſiaria lucrum ſeu commodum aliquod captandi.

## §. V.

Sicuti vero in omnibus, ita etiam in iis, quae de iure cereuiſiario moueri poſſunt, controuerſiis rite diiudicandis, omnium primo attendendum eſt ad ius ſingulare cuiusque loci tum expreſſum tum tacitum. *o)* Ad illud inprimis pertinent Reſcripta Electorum Saxoniae ſpecialiora, quorum in plurimis vrbibus haud exiguus proſtat numerus, nec non conuentiones illae, quas ciuitates nonnullae cum ordine equeſtri, vel aliis ciui-

*o)* Innuit hoc ac praecipit ordinatio Appellationum, quam Chriſtianus II. d. 7. Oct. 1605. publicandam curauit, quae licet in ſpecie de ſupremo Appellationum iudicio agat, haud incongrue tamen ad alia quoque iudicia extenditur, quando ſub titulo: Was vor Recht in unſerm Appellations-Gerichte gehalten werden ſoll, ita diſponit: Wenn auch etwann in vorfallenden Sachen eines beſondern Ortes, von dannen die Fälle an uns gelanget, erbare gute Ordnung, Statuten und redliche beſtändige Gewohnheiten angezogen und glaublichen dargethan würden, ſoll man auch dieſelben zur Gebühr in Acht haben. Ob auch dieſe Ordnung in etlichen Puncten denen gemeinen beſchriebenen Rechten entgegen wäre, ſo wollen wir = = aus Churf. Macht und Obrigkeit ſolcher Puncten halber denen gemeinen Rechten in unſern Landen derogiret haben in C. A. Vol. I. pag. 1235.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0016-9

ciuitatibus Principe fecerunt annuente *p*), ac tandem ordinationes cereuiſiariae *q*) die Brau-Ordnungen, a Principe confirmatae. Illi enim qui in ciuitate aedes poſſident, cereuiſiario iure ornatas, reliquis ciuibus excluſis, conſtituunt collegium cereuiſiarium, *r*) atque adeo, ſi omnes, ſaltem qua maiorem partem, conſentiant, Senatus, *s*) nec non illorum, qui ab vectigalium publicorum inſpectione ſunt, *t*) auctoritate et approba-

*p*) Sic conuentio Grimmenſis, ſeu der Grimmiſche Vertrag, quam Deputati Electoris Auguſti Grimmae d. 22. Jan. 1555. auctoritate ſua corroboratam, publici iuris fecerunt, multa exhibet, transactione ſopita vel deciſa, de quibus inter vrbes Wittebergam, Schmiedebergam, Kembergam et Zahnam, nonnullosque Equites olim diſceptabatur. Exſtat haec transactio in C. A. Vol. I. pag. 1399. ſeqq. Nec minus Torgauiam et Belgeram d. 27. Aug. 1604. transactionem cereuiſiariam iniiſſe probat Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1661. tit. Von J. S. §. 132. in C. A Vol. I. pag. 261.

*q*) De his in ſpecie agit Inſtruction für die Steuer-Einnehmer d. d. den 15. Febr 1642. §. 7. Das Bier-Brauen anreichende, ſoll zwar in denen Städten bey denen Brau-Ordnungen, wenn ſolche beſtändiger Weiſe eingeführet, und in ſteter Obſeruanz geweſen, es gelaſſen werden ꝛc. et §. 8. Wenn nun Innhalts derer eingeführten Brau-Ordnungen von denen Räthen in Städten das Brauen verſtattet wird ꝛc. in C. A. Vol. II. p. 1434.

*r*) Vid. *Schoepfferus de iure braxandi* P. II. cap. 2. n. 1. ſeqq.

*s*) Nam absque ſuperioris confirmatione nullum collegium, nullamque ſocietatem aliquid ſtatuere poſſe, probat Policey-Ordnung de anno 1661. Tit. XXI. §. 1. in C. A Vol. I. pag. 1585. per verba: diejenigen, ſo beſtätigte Innungen haben, ob paritatem rationis de omnibus promiſcue ſocietatibus, etiam cereuiſiariis intelligenda.

*t*) Derer Accis-Inſpectorum. Quos in rebus cereuiſiariis ordinandis concurrere debere iubent Reſcripta ſpecialia, d. d. den 21. Nov. 1713. an

probatione intercedente, conuentiones cereuiſiarias inire poſſunt, Principis confirmatione accedente vim legis etiam tunc, quando iuri communi contraria ſtatuunt, habituras. In vrbe patria talis proſtat ordinatio cereuiſiaria, a Collegio cereuiſiario d. 18. Oct. 1714. condita, quam Saxoniae Electores iteratis vicibus corroborarunt, vt adeo nemo valorem illius in dubium vocare

den Accis-Inſpectorem zu Schmiedeberg, Carl Siegmund Reichhelmen, ſo wohl den Rath daſelbſt: Worauf denn unſer Begehren, ihr wollet in Zukunft in dergleichen Veranſtaltungen, wobey unſer General-Accis-Intereſſe concurriret, mit einander gehörige Communication pflegen; et d. d. den 2. Nov. 1736. an den Accis-Inſpectorem Fleck zu Schmiedeberg: Worauf unſer Begehren hiermit an dich, du wolleſt beſagten Rath beſcheiden, künftig die Brau-Conuentiones jedesmahl mit Zuziehung der Accis-Inſpection zu machen. Interim tamen Acciſae Inſpectores in rebus cereuiſiariis, hoc in primis curare debent, ne quid detrimenti vectigalia capiant, inſtituta ciuilia Magiſtratui oppidano relinquentes. Quorſum ſpectant Accis-Ordnung de anno 1707. §. 52. in C. A. Vol II. pag. 1947. et Reſcript, daß die General-Aecis-Inſpection da ſich in Innungs- und Policey-Sachen Fälle ereigneten, ſelbige nicht zur Acciſe ziehen, ſondern die Partheyen von ſich ab, und zur Landes-Regierung verweiſen ſolle, d. d. den 13. Mart. 1710. in C. A Vol. II. pag. 1965. nec non Reſcripta ſpecialia d. d. den 5. Apr 1710. an den Accis-Inſpectorem zu Schmiedeberg, Carl Siegmund Reichhelmen, ſo wohl den Rath daſelbſt: Ob nun wohl, was die vorgenommene Gewaltſamkeit und Brau Ordnung betrift, die Intereſſenten mit ihrem diſſeitigen Suchen an gehörigen Ort zu verweiſen ſind ꝛc. it. d. d. den 5. Jul. 1710 an den A. I. E. S. Reichhelmen: Du wolleſt dieſe wegen verwehrten Brauens entſtandene Tumult-Sache an ſich ſelbſt an unſere Landes-Regierung verweiſen und nur darauf Achtung geben, daß dem Accis-Intereſſe dabey kein Schaden und Nachtheil zuwachſen möge ꝛc.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0018-0

vocare queat. *u*) Ad ius tacitum e contrario ſpectant ordinationes et conſuetudines cereuiſiariae, quibus Principis approbatio expreſſa non acceſſit, de quarum valore pro diuerſis, quae accedunt, circumſtantiis varie ſentiendum eſt. Iuri enim ſcripto ſi conſuetudo contraria non eſt, ſed caſum tantum definit illo non determinatum, ad introducendam eam actus ſufficiunt etiam extraiudiciales, ſi autem conſuetudo eſt contra ius, ſeu legi ſcriptae aduerſa, tunc actus iudiciales vſu fori *x*) neceſſa-

 rios

*u*) Pertinent huc Reſcriptia ſpecialiora a) an den Accis-Inſpectorem und Rath zu Schmiedeberg, d. d. Dreßden, den 10 Nov. 1721. vbi ita: Wir laſſen es hierauf bey der am 18 Oct. 1714. von der Brauerſchaft ſelbſt errichteten Brau-Ordnung, hierdurch nochmahln bewenden = = und begehren dieſemnach an Euch ꝛc. b) an den Rath zu Schmiedeberg d. d. Dreßden, am 14 Mart. 1722. vbi: Wir begehren nach angehörter Verleſung eures in Sachen Johann Tobias Frenzels ꝛc. ihr wollet vorerwehnten Frenzeln und Conſ. bey der in Obſeruanz gebrachten Brau-Conuention gebührend ſchützen, und darwider in Zukunft nichts verhängen ꝛc. c) d. d. Dreßden, am 8 Jan. 1731. an den Rath zu Schmiedeberg, in quo haec habentur: Was der Brauerſchaft bey euch Syndicus wider einige ihres Mittels, daß ſie ſich der vorhandenen Brau-Ordnung gemäß zu bezeigen verweigerten, allerunterthänigſt vorſtellen ꝛc. Nachdem wir es nun bey angezogener vor unſerer Landes-Regierung confirmirten Brau-Ordnung nochmahls bewenden laſſen; Als iſt hiermit unſer Begehren, ihr wollet beklagte Intereſſenten deſſen alſo bedeuten, ſowohl ſelbige dieſer gebührend nachzukommen, bedürfenden Falls behörig anhalten ꝛc. Sed praeter hancce a Principe confirmatam ordinationem cereuiſiariam de anno 1714. proſtant etiam conuentiones recentiores a Principe non confirmatae, inprimis ad coctiones cereuiſiae ſorte faciendas ſpectantes, d. d. den 14 Aug. 1734. den 29 Aug. 1742. et plures aliae, quae ſingulis fere annis conficiuntur.

*x*) Conf. *a Leyſer in diſſertat. de conſenſu Principis, unico conſuetudinis fundamento*, Medit. 23. ſeqq. *Schilterus in Exercit. ad π. II. §. 21.*

rios eſſe Doctores exiſtimant; ſic quoque effectu deſtituitur omnis conſuetudo, quae a legibus ſcriptis y) expreſſe eſt improbata.

## §. VI.

Quod ſi ius cereuiſiarium ex lege eiusmodi ſingulari explicari nequeat, deducimus illud ex iure Saxonico Electorali, hoc deficiente ſubſidia petimus ex iure Saxonico communi, ex iure Germanico vniuerſali, tandemque ex iure Romano, ac ſi haec omnia nondum ſufficiant, ad vltima iuris naturae principia confugiamus neceſſe eſt.

## §. VII.

Ius coquendi et vendendi cereuiſiam vt plurimum eſt reale, z) quoniam illud fundis, aedibus atque cauponis plerumque conceſſum eſt, ſunt tamen et perſonae nonnullae, quae officii intuitu iure quodam cereuiſiario gaudent. Facili exinde patet negotio:

I) Illum, qui fundum poſſidet, hoc iure inſtructum, illud ſtatim amittere, quoties fundum vel vendit, vel alio modo poſſeſſionem illius in alium transfert, et e contrario

II) ciuem, qui antea iure cereuiſiario non gaudebat, illud ſtatim

y) Vid. *Mencken. in Synopſi Pand.* Lib. I. Tit. I. §. 10. Exemplum reperitur in mandato, quod de taxa ſportularum agit d. d. Dreßden, den 24. Jan. 1724. §. 15. C. A. Vol. I. pag. 2519.

z) Vid. *Scheidius* in diſſertat. ſupra laudata, §. 8.

ſtatim acquirere, a) ſi eiusmodi fundi dominium vel emtionis vel hereditatis iure, vel alia ratione adipiſcitur, vel poſſeſſionem eius, locationis conductionis lege b) nactus eſt.

III) Ius cereuiſiarium, quia ipſis aedibus inhaeret et poſſeſſorem ſequitur non niſi Principis approbatione accedente, c) a loco ad locum transferri poſſe d)



a) Ita tamen, vt ſimul conſuetudinibus ordinationibusque cereuiſiariis ſatisfacere, nec non onera cereuiſiaria ſubire teneatur. Nam poſſeſſionem domus eſſe quidem conditionem ſine qua non, ſed ſolam, ſi reliqua deficiant, nondum ſufficere pluribus probat *Nicol. Chriſtoph. Lynckerus* Vol. I. Reſponſo 65.

b) Sic res ſe habet ſecundum libertatem naturalem atque analogiam iuris, qua vnusquisque domum ſuam vna cum omnibus, quae adhaerent, iuribus per locationem conductionem in alterum transferre poteſt. Sed Schmidebergenſium ordinatio cereuiſiaria, a Principe confirmata, de anno 1714 hic iuri communi repugnat, in qua §. 18. ita: Obige Vergünſtigung, das Looß-Bier an einen andern zu verkauffen, ſoll blos zwiſchen denen Eigenthums-Herren derer Brau-Erben ſtatt haben, keineswegs aber auch dahin erſtrecket werden, als wenn das Exercitium der Brau-Gerechtigkeiten auch an einen extraneum, ungeachtet daß dieſer das gantze Brau-Erbe Miethweiſe inne hätte, verlaſſen, oder von dieſem getrieben werden könnte.

c) Cuius exemplum vide in diſpoſitione der Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1609. §. 121. circa finem C. A. Vol I. pag. 255 nec non infra §. 16. not. *n)* in priuilegio illorum nobilium, quibus aliquando Schmidebergae cereuiſiam coquere permiſſum fuit.

d) Id quod praeiudiciis confirmant *Carpzovius P. II. Conſtit. 41. definit. 15.* et *Bergerus in Oecon. Iur.* L. I, Tit. 2. Theſ. 11. not. 6. Quam ſenten-

IV) illum, qui officio praeeſt, cui ius cereuiſiarium inhaeret, hoc ius ſimul cum officio tum conſequi, etiam ſi fundum non poſſideat, tum etiam amittere.

## §. VIII.

Lucrum ex re cereuiſiaria duplici potiſſimum modo conſequi poſſumus, vel coctione cereuiſiae, vel eius venditione. Vtrumque tamen non ſemper connexum eſt. Aliis enim fundis cereuiſiam coquere, non vendere, aliis vendere, non coquere, multis vtrumque, et vendere et coquere, permittitur. Hinc, vt ſingula haecce accuratius explicemus, neceſſitas poſtulat.

## §. IX.

Ac primo quidem, quod ad coctionem cereuiſiae attinet, ea inprimis ciuitatibus Saxoniae tanquam ius ſingulare tribuitur. e) Vbi tamen per ea, quae §. 7. monuimus, notandum eſt, non cuique, qui iure ciuitatis gaudet, ſtatim competere ius

tiam quoque egregie illuſtrat mandatum generale d. d. Dreßden, den 13. Aug. 1717. in C. A. Vol. I. pag. 1817. ſeq. Contrarium tamen Hameliae ad Viſurgim et apud Quedlinburgenſes vſu obtinere docet *Schoepfferus de iure braxandi* P. III. c. 2. n. 13. ſeqq.

e) Landes-Ordnung vom Jahr 1482. C. A. Vol. I. pag. 10. et 11. it. Ausſchreiben Churf. Auguſti vom 1. Oct. 1555. C. A. Vol. I. pag. 65. Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1609. tit. Von J. S. §. 26. C. A. Vol. I. pag. 182. et de anno 1661. eod. tit. §. 118. C. A. Vol. I. pag. 252. ſeq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0022-2

ius cereuiſiam coquendi, ſed illi demum, qui fundum poſſidet, facultate cereuiſiaria ornatum. Cauponibus vero ius cereuiſiam coquendi non aliter tribui poteſt, quam ſi vel priuilegio, vel praeſcriptione immemoriali illud ius acquiſiuerint, vel eo nomine onera ſubeant. f) Quin quatuor ſigillatim cauponis, nempe zu Liesnitz, Koppenick, Kertzendorff et Bruckaw ſ. Burgkau, coctio cereuiſiae in conuentione Grimmenſi g) interdicta eſt. Quodſi autem caupo inſtructus eſt iure cereuiſiam coquendi, tamen illi regulariter nullum ius prohibendi competit, niſi illud ſimul in ſpecie praeſcriptione vel priuilegio adeptus ſit, h) aut certe eius intuitu peculiaria onera ferat.



f) Landes-Ordnung vom Jahr 1482. ſpho des Mältzens und Brauens per verba: darzu keinen Krätzſchmar, der nicht vor einen Erb-Krätzſchmar ausgeſatzt iſt, und Bürden auf ihn hat, darum ihm ſolcher Handel zu treiben zugelaſſen, aber die ſolch Brauen und Mältzen über Menſchen Gedanken und verwehrte Zeit rechtlichen hergebracht haben, brauen laſſen, C. A. Vol I pag. 10. it. Ausſchreiben Churf. Auguſti vom 1. Oct. 1555. C. A. Vol. I. pag. 65. 66. et inprimis pag. 67. in verbis: desgleichen ſoll es mit denen - - Bierſchenken auch gehalten werden, daß ſie ihre Gerechtigkeit oder verjahrten Gebrauch - - ausführen ꝛc. quibus adde Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1609. tit. Von J. S. §. 26. C. A. Vol. I. pag. 182. nec non de anno 1661. eod. tit. §. 118. C. A. Vol. I. pag. 252. ſeq.

g) C. A. Vol. I. pag. 1402. et 1403.

h) Nam ſimplex ius coquendi cereuiſiam, et ius prohibendi, quo minus alii idem faciant ſunt iura plane ſeparata, longeque diſtincta, neque hoc prohibendi ius ex priori fluit, aut eidem neceſſario cohaeret, ſed ſpeciali titulo, aut praeſcriptionis, aut priuilegii a Principe conceſſi, acquiri debet. Vid. *Io. Balth. Wernherus P. II. obſ.* 359. et *Bergerus deciſ.* 23.

## §. X.

Nobilibus quoque *i*) ad proprium et familiae ſuae vſum priuatum ſeu menſalem *k*) germ. zum Tiſchtrunck, cereuiſiam coquere, leges Saxonicae permittunt. *l*) Eadem olim clericorum erat libertas. *m*) Sed cum Saxoniae Electores animaduerterent, nonnullos clericorum illa in peius vti, ad certum doliorum numerum hoc ius reſtrinxerunt, *n*) quem accurate ſeruare tenentur. *o*)

§. XI.

*i*) Iis ſcilicet, qui praedium poſſident equeſtre, ein Ritter-Guth.

*k*) Quem familiae potum ad opificum aliorumque operariorum vſum non eſſe extendendum probat Wernherus P. I. obſ. 186. Praeterea etiam leges Saxonicae ab hac cereuiſia diſcernunt den Ehren-Trunck. vid. Mandatum d. d. den 19 Oct. 1709. C. A. Vol. I. pag. 883

*l*) Eaedem, quas ſupra § 9. not. *e*) adduxi, quibus adde Erklärung des Tranck-Steuer Ausſchreibens vom 20. Jan. 1703. c. 10. C. A. Vol. II. pag. 1573. et vom 16. Jan. 1747. eod. cap.

*m*) Kirchen-Ordnung ſub titulo: vom Immunitatibus und Freyheiten derer Kirchen- und Schul-Diener, C A. Vol. I. pag. 535.

*n*) Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1661 ſub titulo: von J. S. §. 120. C. A. Vol. I. pag 254. it. Erklärung des Tranck-Steuer-Ausſchreibens vom 20. Jan. 1703. c. 11. C. A Vol. II. pag. 1574 et vom 16. Jan. 1747. eod. cap quibus adde mandata vom 8 Jan. 1724. et 19. Febr. 1724 Quantitatem ipſam autem determinat mandatum Jo. Georg. I. d. d. den 9. Nov. 1646. C. A. Vol. II. pag. 1439. docens, daß ſtatt des allgemeinen Tiſchtrunkes, und zwar denen Superintendenten acht, denen Paſtoribus und Archi-Diaconis in groſſen Städten ſechs, denen übrigen Sacerdotibus und Diaconis fünf, denen Rectoribus und Con-Rectoribus vier, denen übrigen Schul-Collegen und Organiſten in Städten drey, denen Küſtern und Schulmeiſtern auf denen Dörffern aber zwey Faß Steuerfrey paſſiren ſollen.

*o*) Hinc Clerici Thuringici, cum humillime a Principe petiiſſent veniam,

## §. XI.

Eodem modo Profeſſoribus Academiae Lipſienſis atque Wittebergenſis, nec non iis, qui Immatriculati vocantur, certa quaedam cereuiſiae quantitas, in ſui ſuorumque ſuſtentationem quotannis coquenda permittitur. p) Inſpectoribus quoque, Praefectis, (Schöſſern) Praefecturarum adminiſtratoribus, (Ver=

über ihren im Tranck=Steuer=Ausſchreiben de anno 1703. geordneten Tiſchtrunck die fernere Nothdurft vor ihr Hauß gegen Erlegung der Steuer ſelbſt abzubrauen, hanc tulerunt reſponſionem: Alldieweil wir aber in Erwegung, daß ſolche Conceſſion, wenn ſie gleich nur auf den Thüringiſchen Creyß erſtrecket werden wollte, von andern Creyſſen mit Vorſchützung gleicher Urſachen zur Conſequenz gezogen, und hierdurch zu mehrern Unordnungen Anlaß gegeben werden möchte, Bedenken tragen, von der einmahl vorgeſchriebenen Regul abzugehen, und ihnen, daß ſie ein mehreres, als in obbeſagten Tranck=Steuer=Ausſchreiben de anno 1703. vorgeſchrieben, abbrauen möchten, zu geſtatten ꝛc. in Reſcripto d. d. Dreßden, am 2. Mart. 1723. Et Schmidebergenſium Paſtor, M. Balth. Gottlob Hofmannus, quum ad impetrandam veniam, dimidiam, quae in vrbe patria obtinet, coctionem cereuiſiariam quotannis perficiendi, Principem ſupplicando adiiſſet, nil niſi hoc effecit, vt ſex vaſa quotannis, tempore, quo ipſi viſum fuerit, coquendi facultatem acciperet, beneficium cereuiſiarium, (de quo infra §. 16.) Fiſco Electorali relicturus, in Reſcripto ſpeciali d. d. Dreßden, den 30. Jan. 1728. an den Rath und Steuer=Einnehmer Reinhard zu Schmiedeberg.

p) Ita, vt ſimul a cenſu cereuiſiae impoſito immunes ſint. Vid. Erklärung des Tranck=Steuer=Ausſchreibens vom 20. Jan. 1703. c. 11. C. A. Vol. II. pag. 1574. et vom 16. Jan. 1747. eod. cap. De Academia Lipſienſi et Aſſeſſoribus Conſiſtorii Lipſienſis in ſpecie agunt Befehl d. d. den 14. Apr. 1647. C. A. Vol. II. pag. 1454. et d. d. den 15. Oct. 1711. C. A. Vol. II. pag. 1618.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0025-9

(Verwaltern) aliisque, qui in praefectura alicui praeſunt officio, facultatem tribuunt leges Saxoniae, integram coctionem quotannis perficiendi. q) Multorum praeterea munerum Electoralium haec olim fuit libertas, quod ſalarii loco aliquam cereuiſiae quantitatem, quae Beſoldungs-Frey-Bier appellatur, coquere potuerint, nec cenſum cereuiſiarium de illa praeſtiterint, r) quanquam *Schaumburgius* s) recte exiſtimet, nunc iam propter leges recentiores, illos, qui tali officio fungantur, t) cereuiſiam hanc non coquere, ſed certam pecuniae ſum-

q) Hac reſtrictione, vt ſub poena X. thalerorum huius coctionis cenſum ſoluere, ſortes vrbium obſeruare, ac cereuiſiam coctam vſu domeſtico conſumere teneantur. Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1661. ſub tit. Von J. S. §. 119. C. A. Vol. I. pag. 253. it. Erklärung des Tranck-Steuer-Ausſchreibens vom 20. Jan. 1703. c. 12. in C. A. Vol. II. pag. 1575. et vom 16. Jan. 1747. eod. cap.

r) Spectat huc, aliqua ſaltem ex parte, Erledigung derer Landes-Gebrechen de anno 1609. l. c. Land und Tranck-Steuer-Ausſchreiben vom 28. Mart. 1628. C. A. Vol. II. pag 1407. ſeqq. Erläuterung dieſes Ausſchreibens d. d. Dreßden, den 7. Febr. 1629. in C. A. Vol. II. pag. 1414. it. Erklärung des Tranck-Steuer-Ausſchreibens vom 20. Jan. 1703. et 16. Jan. 1747. l. c.

s) In der Einleitung zum Sächſ. Rechte, P. I. Exercit. 9. §. 23. et P. II. Exercit. 12. §. 13.

t) De quibus Erklärung des Tranck-Steuer-Ausſchreibens vom 16. Jan. 1747. c. 12. ita: Mögen unſern Miniſtris und würcklichen Geheimden auch Cammer-Hof-Juſtitien-Appellations-General-Accis- und Ober-Conſiſtorial-Räthen, wenn ſie in Beſoldung ſtehen, ingleichen denen Ober-Steuer-Einnehmern, Ober-Hof-Gerichts-Aſſeſſoren, würcklichen Leib-Medicis, wenn ſie ebenfalls Beſoldung genieſſen, ferner denen Con-

ſummam accipere. De iis, qui Principi noſtro ſunt a reditibus prouincialibus, u) in ſpecie agit Beſoldungs-Reglement d. d. Dreßden, den 11. Dec. 1688. nec non mandatum generale an die Einnehmer derer Land- und Tranck-Steuern im Chur-Creyße d. d. den 16. Dec. 1705.

C §. XII.

ſiſtorialen zu Leipzig und Steuer-Bedienten, ſo dergleichen bis anhero genoſſen, wegen über ſich habender Dienſtbeſtallungen, wie nicht weniger denenjenigen, ſo wir durch beſondere Reſcripte dieſe Begnadigung angedeyhen laſſen wollen, anſtatt eines Dreßdniſchen Freybieres, wie bis anhero geſchehen, alſo auch fernerweit 23 Thlr. 8 gr. weil es ein Stück ihres Salarii, nicht weniger deren Erben auf dasjenige Jahr, darinne defunctus verſtorben, maßen das angefangene Jahr pro completo zu achten, ingleichen was denen Schützen-Geſellſchaften geordnet, woferne ſie das Exercitium würklich treiben, nochmahlen, und zwar in baarer Zahlung ungehindert paſſiren ꝛc.

u) Qui in vrbe patria huic praeſunt officio, iis olim licitae erant duae quotannis coctiones cereuiſiariae, quorſum ſpectant mandata ſpecialia d. d. Dreßden, den 19. Jun. 1685. d. 18 Febr. 1688. d. 25. Febr. 1692. d. 16. Dec. 1705. et 23 Jan. 1728. Quas ſi ipſi perficere nolebant, alio relinquere poterant, per mandatum ſpeciale an den Rath zu Schmiedeberg, d. d. Dreßden, den 29. Oct. 1722. Sed cum iam in dem Beſoldungs-Reglement de anno 1688. vnicuique, cereuiſiario cenſui praefecto, vnica tantum coctio cereuiſiaria permitteretur, idem illud Schmiedebergae introductum eſt In nouiſſima etiam emolumentorum aſſignatione d. d. Dreßden, den 26. May 1761. inter alia officii emolumenta narratur: Ein Freybier an Schutt und Guß, wie es des Orts gewöhnlich, auf vorher allegirtes Reglement de anno 1688. Der Einnehmer hat dieſes Beſoldungs-Bier in natura, jedoch ohne Vorrecht, mit abzubrauen, und in denen Friſten Quaſimodogeniti und Luciae jedesmahl zur Helfte vom Faß mit 1 Thlr. in Ausgabe zu bringen.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0027-0

## §. XII.

Ipſe, quo cereuiſia coquitur, modus, ſupra iam §. II. paullulum expoſitus, parum ad Iureconſultos pertinet, quia leges Saxoniae de illo tacent, hoc praecipientes, quod ſemper cereuiſia bonae notae effici debeat. x) Praeterea frumentum atque polentam in vſum cereuiſiae coquendae ex peregrinis regionibus apportari et emi vetitum eſt. y) In ipſa polentae ſiccatione non foeminas, ſed viros, eosque ſobrios, adhiberi praecipit mandatum generale de incendiis vitandis z) Omnes quoque, qui in cereuiſiae coctione operam praeſtant ſuam, a) inprimis

x) Mandat d. d. den 1. Febr. 1712. C. A. Vol. II. pag. 1620. In vrbe patria idem praecipit conuentio cereuiſiaria de anno 1714. §. 13.

y) Im Verboth der Einfuhre fremden Getraydes und Maltzes d. d. den 26. Jun. 1656. C. A. Vol. I. pag. 1553. ſeq. Quam legem ad ea tempora, vbi annonae caritas in terris Saxonicis exiſtit, haudquaquam trahendam eſſe, ipſa legis verba rationesque adiectae indicant.

z) d. d. Dreßden, den 7. Febr. 1719. C. A. Vol. I. pag. 1889.

a) Contra hos omnes, quia mercedem accipiunt, datur actio locati conducti. Hinc ſi cereuiſia vitio laboret, culpam latam et leuem, non leuiſſimam, nec caſum et vitium materiae, ex qua cereuiſia praeparatur, praeſtare tenentur. *Vid. Schoepffèrus de iure braxandi* P. I. cap. 3. n. 101. ſeq. p. m. 140. ſeq. Ita etiam, ſi in torrefactione polentae incendium oriatur, ob naturam contractus culpam leuem tantummodo, non leuiſſimam, praeſtabunt. *Vid. Bergerus in Oecon. Iur.* L. III. Tit. 9. th. 11. not. 3. Sed quid, ſi paterfamilias priuatis vtatur miniſtris, non publicis, num vicinus, ex incendio damnum ſentiens, a patrefamilias reſtitutionem damni petere poterit? Negatiue hic a Facultate Iuridica Lipſienſi anno 1634. pronunciatum fuiſſe, narrat *Schoepffèrus* l. c. P. II. c. 3. §. 34. quam ſenten-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-258963-p0028-6

